

P V I S

1 6 1 8

- |  |  |
|--|--|
| <p>Leonardi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Munderphei paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pormacii Heptas simulacra Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p. vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis raris Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v. Alberto Voite dictus.</p> <p>XXIX. Festschii in obitum Eiusdem Pr. Pr.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyffelio et Cremeri dicta.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq. Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyffelii &amp;.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. M. Hermannii in honorem Magisterii Coppenii XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenii</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Vopleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Coppenii Gratiam. Pr. Pr. Pr.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum Regula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pucneri.</p> <p>XLIX. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|--|

Ec. 11

GENERIS NOBILITATE  
Præstantissimo, & literatæ erudi-  
tionis laude florentissimo,

DOMINO

J O A N N I

à DYHRN,

IN KÖLMICHEN ET  
PIRNIK, &c.


ex longinquâ & diuturnâ peregrina-  
tione reduci, &c.

*PATRONO SUO COLENDO,*  
*gratulatur*

ABRAHAMVS CREMERVS  
GRÜNBERGENSIS,  
Ecclesiastes in Ober & Nider-  
Herzogwalda.

---

LOGOVIAE  
Typis Joachimi Funckij.  
1606.





**E**X patriis quando Dyrrhæus finibus iret,  
Non semel ad Christum vota precesq; tuli:  
Ipsi ut cœptis ne ventus & aura noceret:  
Sed faceret facilem lenior aura viam:  
Ut tandem patriæ posset benè reddier. Ecce  
Jova dedit voto pondus inesse meo.  
Namq; solum in patrium noster rediisse Dyhræus  
Dicitur: ô menti nuncia grata meæ!  
Ergô quòd incolumis nostris es redditus oris,  
Carmina grata canit turba novena **D E O**.  
Donec eras absens, felici fidere fretus,  
, Diversâ nectens in regione moras:  
Ipsa domi Genetrix lacrymas profudit amaras,  
Et quid in hoc dixit tempore, triste fuit.  
Sæpè requisivit, quæ sis regione locatus:  
Et timuit vitæ mater amica tuæ.  
Sæpe tibi Frater felix iter ore precatus:  
Te servent, dixit, prospera fata, Soror.  
Te procul absentem questu sunt carmine moesto  
Multi: quorum & ego pars aliquanta fui.  
O quàm grata **D E O** pietas, si provida mater  
Pro Nati, Superis vota, salute, ferat!  
Non tam muneribus celsus placatur olympus:  
Quàm votis, quæ sunt corde profecta pio.

Si libet, exemplo rem declarem aperto,  
Deliciæ ô animæ, clare Dyhræ, meæ.  
An non materni effectum succedere voti,  
Dum repetis patriæ limina, Jova dedit?  
Ergo quas possum grates tibi, summe Jehova,  
Eloquio, notum quod tibi, cordis ago.  
Diffugere etenim procul hinc lamenta, querelæ:  
Et gaudet patriæ tota corona domus:  
Corpore quod salvus patrias accesseris oras,  
Corda piæ matris tristia voce levans.  
O quam felicem dicent te secula matrem?  
Læta cui, Nato, mens, redeunte, redit.  
Nec minus es felix (cur non tibi vera faterer?)  
Qui decus es gentis nobile, Jane, tuæ.  
Nam postquam puer es vitales natus in auras:  
Baptismi corpus mox sacra tinxit aqua.  
Prima tibi puero confert elementa Lycæum:  
Voce fuit clarum quod, Ludoice, tuâ.  
Mox patriæ campos, Viadriq; fluenta relinquis,  
Et Petis ingenio commodiora loca.  
Excipit urbs docilem Parnassi rupe celebris:  
Hic animum studiis excoluisse juvat.  
Rupe sub hac Musæ suavissima carmina pangunt:  
Et Nissus fulvas limpidus auget aquas.  
Tandem

Tandem ubi, Jane, tibi accessit maturior ætas:  
Te Jova Marchiacam jussit adire Scholam.  
Illic Piëridumq; sacras & Apollinis artes,  
Altrææq; DEÆ docta reperta colis.  
Nec fatis hoc: rapuit te ad sacra palatia Pallas,  
Quæ struxit Musis Dux pietate cluens.  
Hic tecum vixit JONAS penetralia monstrans  
Quosq; Sacerdotes pagina Juris habet.  
Sed mox dira lues, multas diffusa per urbes,  
Te, sociosq; tuos, jussit abire domum.  
Non tulit hoc candore gravis Dyrrhæus (ad astra,  
Qui nunc sublatus gaudia pacis agit.  
Namq; instar tibi patris erat, dum fata sinebant:  
Nunc tua turbavit gaudia morte suâ.)  
Ergò tibi autor erat: Christo duce limina adires,  
Doctrinâ PETRI clara WESENBECCI.  
Erudiit postquam te sacra scientia Juris:  
Musæ aliam sedem constituere tibi:  
Pectore flagranti quando contendis ad urbem,  
Præclaram, Nicri quæ juga culta jacent.  
Huic Pietas sincera loco vestigia quondam  
Impressit, quæ nullo est abolenda die.  
Hic demum imbueras animum virtute probatâ:  
Quæ nomen veræ nobilitatis habet.

Sed quando ex solis nunquam sapientia scriptis  
Hauritur, quoque nisi praxin adesse velis:  
Ecce urbes, hominumque placet cognoscere mores,  
Ut redeas olim clarus honore domum.  
Hinc te difficiles aditu iuvat ire per Alpes:  
Hinc visa est Gallis Anglia mista tibi.  
Hinc fatagis varios Venetum cognoscere tractus,  
Adriaci que maris, nulla pericla timens.  
Nec contentus iis, Constantinopolitanos  
Aggrederis, tectus praesidio Angelico.  
Quid per te Iova fecerit hic, mox carmine dicent,  
Qui norunt multis verba ligare modis.  
Dum varios populos spaciofa per aequora lustras:  
Ecce petis, Christi picta cruore, loca.  
Det tibi coelestes Solymas habitare benigne,  
Visere terrestres qui dedit ante tibi.  
Sed quid ego conor memoratu digna notare?  
Quandoquidem brevis est cuncta referre mora.  
Tu nobis poteris casus, & acerba pericla  
Dicere: quae genuit terra fretumque tibi.  
Ut vero possis: noster tibi IESULUS annos  
Augeat, ingenii & flumina larga tui.  
Morbi absint procul, & quicquid tibi gnaviter obstat:  
Sic fueris matri firma columna tuae:

Sic



Sic perges clarum factis extendere nomen:

Sic poteris multis auxilio esse bonis.

Hæc grato precor ex animo tibi, IANÆ, reverso:

Et mea, quo possum, gaudia teste probo.

Ipsa tuæ mentis bonitas, candorq; monebunt:


Hæc ut vota boni consuluisse velis.

F I N I S.



Sic pergeclarum fuisse extendere ponitur  
Sic potestantibus auxilio esse bonis  
Hac gratia pector ex animo tibi, IANE, revento:  
Et meae, quo possunt, gradibus tesse probo.  
Ipsa tunc mentis bonitas, exordior; monentur:  
Hac in vobis boni constantis velle.

F I N I S



*Id 4212.  
8.*

ULB Halle 3  
002 391 589



*So*

*Me*  
*vom*







B.I.G.

Farbkarte #13



31

ILITATE  
 eratae erudi-  
 tissimo,  
 N I  
 N,  
 EN ET  
 &c.  
 nâ peregrina-  
 &c.  
 OLENDO,  
 REMERVVS  
 VSIS,  
 & Nider-  
 a.  
 unckij.

